

ac putatio patri, quibus secundum diuinum mandatum præ cæteris est obedientia, honor, & reuerentia impendenda. Propter quod inter præcepta, quibus ad proximum dirigimur, primum est de honore parentum. vt patet Exod. 20 & Deut. 5. Est etiam primum in promissione, hoc est inter præcepta, quibus promissio est annexa, ad Ephes. 6. Quod quia verum est de parentibus omnibus, quanto magis de parentibus Christi, quorum dignitatem, deuotionem, & sanctitatem exprimere nemo valet? Denique, nemo parentum ita coniunctus fuit filio, quomodo Maria Christo. De hac enim sola totam assumpsit corpulentam substantiam, operatione spiritus sancti. Propter quod nunquam ita matrem, aut patrem filius dilexit, quomodo matrem virginem Christus, utroque amore, naturali, & gratuito. Naturali, quia filius optime natus vni impendit patri, quod ceteri vtrisque Cui confert, quia nouit hanc esse suam matrem, quæ concipiendo, gestando, nutriendo, nihil suum quaesuit, quomodo matres alie, sed solum filio suo deuotissime famulabatur, quem famulatum clarissime recognouit. Nouit quoque, quid ab eo accepit, quanta eum eius sponso Ioseph deuotione, ac amore, & omni colebat famulatu. Gratuito, quoniam ipse eos præcunctis elegit, gratificauit, sanctificauit, & super angelos extulit dignitate. Si ergo talibus, & tam merentibus (teste Maria. Ecce inquit pater tuus, & ego dolentes querebamus te quorum dolor sine dubio tanquam dolor dilectissimorum sua præcordia penetrabat (præponenda sunt diuina negocia, sicut etiam postea prædicans, nec prædicationis verbum interumpere paululum voluit propter aduenientem, & se quaerentem matrem, & fratres, vt habetur Matth. 12. manifestum est, quod ceteris omnibus. Et hoc est, quod his verbis exprimit, Nesciebatis &c. quasi diceret. Si rem aliquam sub Deo vobis præponere, ipse peccarem. Nunce verò quia in his, quæ patris mei cælestis sunt, occupatus,

vos deserui, hunc, qui est totius deitatis fontale principium vobis proponendo, nullam iniuriam irrogauit.

Discant hic boni filii ita parentibus præ omnibus cæteris obedire, & complaceere, vt Deum summum parentem præferant. Parentes quoque ita filiorum obedientium ac solatia querere, vt tamen à Dei obsequiis non retardent. Cui pulchre beatus Hiero. In epistola ad Heliodorum, alludit inter cætera multa ita dicens. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus, vbera, quibus te nutrierat mater ostendat, licet in limine pater iaceat percalcato patre, fideis oculis ad vexillum crucis euola, solum pietatis sensus est in hac re esse crudelium &c.

Est denique verbum hoc scutum, & gladius refellendi omnes inimicorum insidias, & quæcumq; ad virtutibus ad vitia sollicitantia. Mandat princeps tyrannus assistere sibi, suisque crudelitibus, ac pauperum oppressionibus, illi cito fastu, & voluptatibus cooperari? Responde. Nescis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse. Suggestur aliquid impium, & contra diuinum mandatum serpens antiquus. Dic. Nescis quia &c. Stimulat caro ad illecebras, dic carni, Nescis &c. Mutilus tibi irascitur, minatur aduersa, aut forte aridet, offert prospera, diuitias, honores. Allicium petulantes societates dicentes. Veni fruamur bonis, quæ sunt. Vtiamur creatura in inuenture celeriter, vni no precioso, & vnguentis nos impleamus. Sap. 2. Non prætereant nos hos te poris. Coronemus nos rosis, anteq; marcescant, vbique relinquamus signa letitiæ nostræ, quia hæc est pars nostra. Iterum si dixerint. Veni, implebimus domum nostras spoliis, forte mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. Dic omnibus, & singulis. Nescis quia &c. Sic quoque impellere, aut seducere, te sentis ad vitia inclinari, resistito. dic. Nescis quia &c. Hoc gladio hanc diuini verbi, omnes inimici (si manibus super præsto sit) iugulantur.

Qualis obedientia filiorum in patres.